



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||  
Secretarii Opervm ||**

**Poggio Bracciolini, Gian Francesco**

**Argentinae, 1513**

**VD16 ZV 12623**

Thomas D. Avcvparivs Poeta Lavreatus& excellenti & egregio viro d.  
Sebastiano Brant/ I. utriusq[ue] Doctori: & S. P. Q. Argentinensis  
Cancellario/ S. D. P.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14341**

THOMAS D. AVCVPARIVSPOETA LAV:

reatus/excellentis & egregio viro d. Sebastiano Brant/

I. utriusq; Doctōri: & S. P. Q. Argentis

nenfis Cancellario/

S. D. P.

Nihil ego in hac mortali vita p̄stantissime vir / utilius hoī esse arbitror beneficentia  
 qua alter alterum non solum adiutare / verum etiam meliorem & seip̄o p̄stantio  
 rem reddere p̄dest: propter quam veteres antecessores nostri qui vel ingenio / v̄  
 labore / vel virtutibus / vel rebus publicis prodesse studuerunt: post multos hic in  
 terris honores / post erectas statuas immortalū Deorum numero a posteris sum  
 ma cum veneratiōe ascripti sunt / in laudem & memoriam eorum sempiternam.  
 Quum aut̄ inter cetera excellentissimū beneficentię genus sit / quod circa ingenii  
 & s̄rarum studia ad nobilitandos expoliendosq; animos versat: p̄cipuam laudem  
 illi mereri videntur / quorum opera & diligentia illustriores fieri possunt: quos  
 etiam auxilio ex inculta & agresti v̄ta civilem societatem ingressi / ratione qua a  
 bestijs differimus uti didicimus: quorum industria nature ip̄ius arcana nobis ape  
 ruit: pietatē / iusticiam / continentia / & ceteras virtutes / om̄q; bonas artes docuit  
 res memoratu dignas ad futurorū temporū utilitatem memorię mandavit: v̄  
 ueniam necessaria inuenit: disciplinas ad uniuersum humane vitę cultum conli  
 tuit. Quibus tandem effectum est: ut tanq̄ in tenebris constituti / & mortali conditio  
 ne geniti / in lucem cognitionis & intellectus reducti diuinitatem assequuti esse  
 videamur. Et quoniam Poggius hic Florentinis orator clarissimus: qui annos plus  
 q; quinquaginta secretarius apostolicus cum octo iummis Pontificibus in Roma  
 na Curia familiariter magno cum honore vixit: doctrina / eruditione / & scriptis  
 elegantissimis tempora sua decorauit: quibus vitę integritatē & animi constantia  
 ostendens / p̄cipuus virtutum amator se beneficentissimū & memoria posterorū  
 dignum monstrauit. Ex quibus scriptis / quum hactenus p̄ter Facetiarū librum  
 nihil fere aliarum editionū legentibus per Calcographos comunicatum sit: ego  
 qui varia eius opera diuersis in locis quædā venusto charactere p̄ librariorum quorū  
 dam conscripta collegi: quædā carie & vetustate pene corrosa / ab interitu quod  
 ammodo non sine difficultate eripui: studio beneficiēdū tum Poggio viro doctis  
 simo: tum studiosis lectoribus: ut ex illis fructū aliquē / rerum p̄teritarū notici  
 am / simul & latini sermonis elegantiam haurire valeant: Ioanni Knobloucho pub  
 lico re litterarię architecto & benefactori: quum Facetiarū librum p̄ius impr  
 sum / iterum formis suis multiplicare instituisset: & a me illius exemplar postulas  
 set: p̄ne optimus ille vir & clarissimus orator omnē atatem suā in facetijs (quæ ple  
 nisq; in locis laiciuuncule admodū sunt pro scribendarū rerum exigentia & sp̄  
 ce) continuisse existimetur: aliquas s̄rarū editionū Historias / Orationes / Inuecti  
 uas / Epistolas / & descriptiones huic libro annectendas & cōprimendas ad com  
 munem cōmoditatem tradi: disperans in hoc auctori ip̄i rem dignam / & lectorib;  
 grata: tibi vero viro excellenti & p̄stantissimo studiorū omnium obseruatori / be  
 nefactori: p̄cipuo / cuius nomini hæc inscripta sunt / acceptam & beneplacitā  
 p̄stitisse. Vale. Argentoraci. xxix. Mensis Ianuarij. Anni. M. D. XI.